Ideo quia vos non formidando poenas legum ... contra pacem pabo-
cinantes banitis et publicatis ac infamibus et circumcitis sanitas ausi estis
et praesumpsistis Nobiles Albertum et Sigismundum Filios Nobilis Joannis Dro-
zewski Christophorum filium Joannis Markowski Joannem Dąbrowski
ex parte eiusdem actoris foram iudicio ordinario Generali Tribunali Regni
Lublinensi in causa instituta ratione intercessionis tribis liberos publicos et
depraedationis infames proscriptos in domibus vestris fovere cum eis conver-
sarimini auxilium consiliumque praebetis per quod in similem poenam
infamiae incurristis ad quam super vobis et bonis vestris omnibus decer-
nendam ac per ministerialem publicandam praesentibus citamini Judicio sitis
Terrarum attentatum et ad praemissa quae vobis in Termino adveniente
latius declarabuntur responsuri Datum in Curia Regia Branscensi Feria
secunda post Festum Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae proxima
Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Primo Et post
propositionem suam modo quo supra factam actorea pars deducendo plurimi
Citatae legitimo de Termino statuit ministerialem Regni generalem Providum Joan-
nem Kostanik Qui Citationis huius Copiam sigillatam a dubus inte-
gris ante Terminum praesentem septimanis in bonis Mierzyjewicz apud
Nobilem Paulum ... ex citatis posuisse et caeteris ... recogno-
vit Quo sic deducto caeterisque contentis propositioni suae verificatis
petiit citatos ad comparendum ... in ulteriori autem processu
causae licet quidem partes utraeque allegaverunt verum allegationum
suarum copias existentes ultra biduum expectatae ad attrandum non
porrexerunt de quo ex parte officii Notariatus est protestatum
Et Judicium praesens Castrense Capitaneale Branscense controversiis partium
utrarumque actorea per se personaliter citatae vero per Nobilem
Martinum Przesmowski iudicialiter factis exauditis et debite in-
tellectis teneri actoream partem producere poenam Bannitionis
seu infamiae ex qua complicitatem urget admiserit A quo de-
creto actorea pars ad Judicium ordinarium Generale Tribunale
Regni Lublinense appellavit suam appellationem Judicium hoc idem
admisit Terminumque prosequendae et continuandae eiusmodi appella-
tionis in illis iudiciis Tribunalis Regni Lublinensis inter causas Pal-
latinatus Podlachiae districtus Branscensis aut dum ex Regestro
Causarum Pallatinatus Podlachiae dictus Branscensis adiudican-
dum legitime inciderit parti utrique Terminum paratum et peremptorium
praefixit et conservavit praefixit et conservavit

Pulaski Mosio

Proposuit Judicio et officio instigator Judicii praesentis suo cum infrascripto
Delatore contra infranominatos citatos ex citatione literali Castrensi
Branscensi

874 об

Branscen. pro [illegible] sentibus extradita cuius tenor sequitur talis
Generosus Joannes in Słowa Lesnowolski Branscen. Capitaneus vigore Regio
et nostra Capitan. qua ex lege fungimur vobis nobilibus Joanni Andree
Wojnow olim Alberti Wojno Zygmuntus de Woyni Pogorzel heredibus
de personis ac bonis vestris omnibus mandamus ut coram Judicio nostro Capit-
ali Terminis Judicibus simul et querelarum ac Causarum officij Castri in Curia
Regia Branscen. Feria secunda prius et proxime post datam praesen. citationis
cellebrandis personaliter et peremptorie compareatis ad instantiam Instigatoris Ju-
dicij nostri et eius delatoris nobilis Andree olim Stanislai Dulaski
de Dulaze heredis actoris Qui vos citat Ideo Quia vos non formidan-
do poenas legum Regni contra palam patrocinantes Bannitis et Infamibus
famositas auxi... estis et praesumpsistis nobiles Albertum et Sigismundum
filios nobilis Joannis Stoszenski Christopherum filium Joannis
Markowski Joannem Dąbrowski ex parte eiusdem actoris coram
Judicio ordinario Generali Tribunal Regni Lublin in causa insti-
tuta ratione intercessionis viae publicae et depraedationis hominumque
infinitum vinculationis infames et de Regno poloniae banitos eidem anne-
xis proscriptos in domibus vestris fovere cum iis conversari consilium
auxilium eis praebere prout cum eis conversamini auxilium consilium
praebetis per quod ipsi similem poenam Infamiae incurristis adque su-
per vobis et bonis vestris decernen. et per ministerialem publican. praesentibus
Citamini Judicii fisci Terrarum attentaturi et ad praemissa quae vobis
in termino adveniente latius declarabuntur responsuri datum in Curia
Regia Branscen. Feria secunda post Festum sancti Matthei apostoli et Evan-
gelistae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo
primo Et post propositionem causae modo praemisso factam actorea pars
deducendo parti citatae legitime de termino statuit ministerialem Regni generalem
providum Joannem Kostanik qui citationis praemissae copiam sigilla-
tam a duabus integris ante terminum praesentem septimanis in bonis
Woiny citatorum propriis posuisse et publicasse recognovit quo sic dedu-
cto ceterisque contentis propositioni suae verificatis petijt partem citatam
ad procedendum compelli Et Judicium praesens Castrense Capitaneale Branscen.
controversijs partium utrarumque actorea per se personaliter citatae vero
per nobilem Andream Wnuk citatorum [illegible] et a fratre suo Judici factis
exauditis et debite intellectis decrevit quatenus citati contenta
citationis pro quibus agitur iuramento corporali in sequenti Judicibus
terminis proxime cellebrandis evadant A quo decreto actorea pars ad
Judicium ordinarium generalem Tribunal Regni Lublin appellavit
Cui appellationem Judicium hoc idem admisit terminumque prosequen-
di et continuande eiusmodi appellationis vide supra in palleatione